

Bello civili confecto Cicero in curia, in qua Caesar dictator et senatores aderant, orationem habuit. In hac oratione facta M. Marcelli atque sociorum aliorum Cn. Pompei defendit et clementiam Caesaris laudavit. Praeterea neminem Caesare peritorem rerum militarium esse affirmavit, itaque addidit Caesari virtutes eius in re publica regenda demonstrandas esse. Cicero suum fatum in bello civili et suos labores pacis cum Marcelli fato laboribusque comparavit et se testem Marcello fecit:

Cicero ipse testis M. Marcello fit.

- 1 Atque huius quidem rei M. Marcello sum testis. Nostri enim sensus ut
- 2 in pace semper sic tum etiam in bello congruebant. Quotiens ego eum
- 3 et quanto cum dolore vidi – cum insolentiam certorum hominum tum
- 4 etiam ipsius victoriae ferocitatem extimescentem!

Victoria Caesaris – res publica fortunata!

- 5 Quo gratior tua liberalitas, C. Caesar, nobis, qui illa vidimus, debet
- 6 esse. Non enim iam causae sunt inter se, sed victoriae comparandae.
- 7 Vidimus tuam victoriam proeliorum exitu terminatam. Gladium vagina
- 8 vacuum in urbe non vidimus. Quos amisimus cives, eos vis Martis
- 9 perculit, non ira victoriae, ut dubitare debeat nemo, quin multos, si
- 10 posset, C. Caesar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie
- 11 conservat, quos potest.

Nunc Cicero breviter dicit, quid fieri posset, si altera pars (i.e. pars, cui ipse fidem dederat) in bello civili vicisset: Altera pars sine clementia et sine sapientia rem publicam administraret. Etiam dei rem publicam ad Caesarem deferrent.

Laus Caesaris – clementiam a Caesare petimus

12 Qua re gaude tuo isto tam excellenti bono! Et fruire cum fortuna et
13 gloria tum etiam natura et moribus tuis! Ex quo quidem maximus est
14 fructus iucunditasque sapienti. Cetera cum tua recordabere, etsi
15 persaepe virtuti, tamen plerumque felicitati tuae gratulabere.
16 De nobis – quos in re publica tecum simul esse voluisti – quotiens
17 cogitabis, totiens de maximis tuis beneficiis, totiens de incredibili
18 liberalitate, totiens de singulari sapientia cogitabis. Quae non modo
19 summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere. Tantus est enim
20 splendor in laude vera, tanta in magnitudine animi et consili dignitas,
21 ut haec a virtute donata, cetera a fortuna commodata esse videantur.
22 Noli igitur in conservandis viris bonis defatigari, non cupiditate
23 praesertim aliqua aut pravitate lapsis, sed opinione officii stulta
24 fortasse certe non improba, et specie quadam rei publicae! Non enim
25 tua ulla culpa est, si te aliqui timuerunt, contraque summa laus, quod
26 minime timendum fuisse senserunt.

auxilia:

Z. 1	testis, testis m. huius rei sensus, -us m.	<i>Aliquis, qui testimonium pro aliquo dat.</i> Confer: praefatio <i>hic:</i> = opinio, opinionis f.
Z. 2	congruere, congruo, congrui	<i>hic:</i> = consentire
Z. 3 u. Z. 12/13	... cum tum ...	... et ... et ...
Z. 3	insolentia, -ae f.	<i>hic:</i> i.e. mores impudentes, mores impudici
Z. 4	ferocitas, ferocitatis f. extimescentem	Compara: saevus → saevitas ferox → ferocitas = timentem
Z. 5	Quo illa	<i>Hic „quo“ refert ad „gratior“.</i> <i>Akkusativ Plural Neutrum</i>
Z. 6	causa, -ae f.	<i>hic:</i> causa publica
Z. 7	exitus, -us m. terminatam	Compara cum lingua Britannica: <i>Lingua britannica: exit? → lingua Latina: exitus?</i> = terminatam esse „terminare“ cognominatum „finire“
Z. 7/8	gladius vagina vacuus	<i>Inspice unum librum verborum ut „Georges Lateinisch – deutsch“ aut „Alpheios“!</i>
Z. 8	Mars, Martis m.	<i>hic:</i> = bellum, -i n.
Z. 9	percellere, percello, perculi, perculsum	<i>hic:</i> caedere
Z. 9/10	... ut dubitare ... excitaret, ...	Transfer hanc ordinem modificatam verborum: ..., ut nemo dubitare debeat, quin Caesar, si posset, multos homines ab inferis excitaret, ...
Z. 10	ab inferis excitare excitare, excito, excitavi, excitatum acies, aciei f.	<i>hic:</i> vitam mortuis restituere = acies hostium
Z. 12	fruere frui, fruor, fructus sum (mit Abl.)	<i>Imperativ Singular</i>

Z. 12/13 u. Z. 3	... cum ... tum etiam ...	... et ... et ...
Z. 13	natura et moribus tuis	= ingenio et virtutibus tuis (<i>i.e. Caesaris</i>)
Z. 14	cetera	= cetera bona (<i>Caesaris</i>)
	recordabere	= recordaberis
Z. 15	persaepe	<i>non semper, sed fere semper</i>
	gratulabere	= gratulaberis
Z. 18/19	Quae ... dicere.	Transfer hanc ordinem modificatam verborum: Ea non modo summa bona, sed etiam sola bona dicere audebo.
Z. 20	splendor, splendoris m.	Deduc: <i>Splendor solis magnus est. Splendor lunae minor est.</i>
	verus, vera, verum	↔ <i>falsus, falsa, falsum</i>
Z. 21	donare, dono, donavi, donatum	Deduc: <i>donum, doni n. → donare</i>
	commodare	<i>hic:</i> = accomodare
		Compara cum lingua Britannica: <i>Lingua britannica: accomodation? → lingua Latina: accomodatus?</i>
Z. 22	Noli ... defatigari	= Noli desinere ...
	Noli ... rei publicae!	Transfer hanc ordinem modificatam verborum: Noli igitur desinere in conservandis viris bonis, qui non aliqua cupiditate praesertim aut pravitate lapsi sunt, sed qui opinione stulta officii fortasse (certe non opinione improba) et specie quadam rei publicae lapsi sunt!